



Uni Bamberg

## Willelmi II regis Siciliae diplomata edidit Horst Enzensberger

Bis zum Erscheinen einer gedruckten Ausgabe werden hier als Arbeitshilfe für die interessierten Kolleginnen und Kollegen die Texte mit den Vorbemerkungen im PDF-Format zur Verfügung gestellt .

Quellennachweis für dieses Dokument

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/pdf/D.W.II.156+.pdf>>

Bearbeitungsstand: 13.04.16

Zusätzlich empfiehlt sich ein Verweis auf die URL der Projektseite :

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/index.html>>

### Indices

Personen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/personen.html>>

Orte: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/orte.html>>

Sachen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/sachen.html>>

Literaturverzeichnis: <http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/biblio.html>>



## +156.

König Wilhelm II. nimmt das Kloster S. Maria di Ferraria in den Königsschutz, bestätigt den aufgeführten Besitz und verleiht Rechte und Freiheiten.

Palermo, 1189 Oktober , ind. 8

\*Neapel, Archivio di Stato: *Reg. Angiov.* 116, fol. 93 in Privilegienbestätigung Karls II. von 1302 März 24 [B], 1943 durch Kriegseinwirkung vernichtet

Editionen: Gaudenzi, *Chronica* 6f. nach B [Gau]

Regesten: B. 246 verzeichnete das Stück als Deperditum nach der Erwähnung bei Cölestin III. (It. Pont. VIII 262 Nr. 4); Enz. 166

Von den Dokumenten aus der Anfangszeit des 1171 begonnenen und 1184 mit einem Abt versehenen Zisterzienserkloster bei Vairano Patenora (vgl. It. PONT. VIII 261) ist nichts im Original auf uns gekommen, die Gründungsgeschichte kann nur aus der Chronik rekonstruiert werden. Die Privilegien der Päpste Lucius III. und Clemens III. kennen wir nur aus deren Erwähnung bei Cölestin III. von 1193 März 2, dessen Text allerdings nur in den Materialien von Ferdinando Ughelli erhalten ist und von ihm veröffentlicht wurde. Bei Cölestin wird neben D. +156 auch ein Deperditum Tankreds erwähnt (Dep. Ta. 26), eine Bestätigung Heinrichs VI. ([BB. D705](#)) kennen wir aus BF. 1406 – dessen Siegel wurde nach der Vorlage des Diploms aufgrund des Revokationsedikts von Capua bei der Kurie des Kaisers beschädigt: *sigillum privilegii domini imperatoris Henrici patris nostri felicitis augusti, memorie recolende ... ex custodis incuria dignoscitur esse fractum* – ebenso wie ein Dokument Konstanzes, das dazu dienen sollte, die Folgen der Mißwirtschaft des Abtes Nikolaus<sup>1</sup> und dessen nachlässigen Umgangs mit den Urkunden zu reparieren (Dep. Ks. 58).

Zur Baugeschichte der Klosterkirche Gianluca VITAGLIANO, *L'Abbazia della Ferrara a Vairano Patenora. Alcune considerazioni preliminari sull'evoluzione della chiesa*, in: *Nella terra di Fina. Scritti in memoria di Vittorio Ragucci*, a cura di Adolfo PANARELLO e Giuseppe ANGELONE, Marina di Minturno 2014, S. 201-220; *Beobachtungen zur Besitzgeschichte des Klosters unter Benutzung von D `136*, aber ohne Zweifel, bei Adolfo PANARELLO, *Il Santuario di S. Michele Arcangelo sul Montauro di Vairano Patenora*, in *Terra filiorum Pandulfi* 2, 2002, 5-25, besonders 8 und 10

In seiner Grundstruktur und in der Besitzliste, die auf einen Bericht des *magister regie dohane baronum* Eugenius zurückgeht, ist gegen D 156 nichts einzuwenden. Auffällig ist allerdings die Gestaltung der Pönformel mit der Vermögenskonfiskation bis zur vollständigen Genugtuung *donec eisdem fratribus digne satisfecisse cognoscatur*, der *Terminus pars publica*. Das Recht zur Einsetzung von Richtern und Notaren, das sich allerdings auch in BF. 1406 findet,

---

<sup>1</sup>Empfänger der Urkunde Cölestins 1193

dürfte in der Karl II. vorgelegten Fassung ebenso interpoliert worden sein wie einige Elemente der Liste der Steuerbefreiungen (*publica collecta*). Authentisch ist auf jeden Fall die auf 30 Jahre begrenzte Abgabebefreiung bei Tausch und Kauf, auch Weiderechte, Holzschlagrechte und Fischereirechte gehören zu den unter Wilhelm II. üblichen Förderungsmaßnahmen für geistliche Institutionen. Daß die Arenga in BF. 1284 für Casamari von 1221 der von D 156 sehr weitgehend entspricht, kann auf Unterlagen der Kanzlei zurückgehen. Es ist aber denkbar, daß D 156 in seiner ursprünglichen Fassung ebenfalls zu den Opfern der Aktionen des von Absetzung bedrohten Abtes Nikolaus gehörte: Wilhelm II. wird in BF. 1406 zwar als Gönner des Klosters neben den Eltern Friedrichs II. genannt, anders als für Heinrich und Konstanze wird sein Diplom nicht unmittelbar erwähnt, sondern nur allgemein: *donatione, concessione et confirmatione Guiglielmi II consobrini nostri et predictorum feliciam augustorum parentum nostrorum inclite recordationis*. Als spätere Zutat nach dem Vorbild der Papsturkunden nach dem IV. Laterankonzil ist die Angabe der Diözese und des Ordens *Cisterciensis ordinis* anzusehen, die sonst in den normannischen Diplomen nicht vorkommt. Die Formulierungen in der Narratio von D 89 für Monreale beschreiben das monastische Vorbild Cava, in D 95 für S. Spirito in Palermo erfolgt die Gründung des Erzbischofs Walter, der einem konkurrierenden Modell folgt, *iuxta regulam beati Benedicti et ordinem Cisterciensem*. In der Klausel *omnes libertates et immunitates* dürfte *sibi vel ordini suo indulte* ebenfalls ein späterer Einschub sein und sich vor allem auf päpstliche Konzessionen beziehen.

Willelmus<sup>a</sup> divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum regiam deceat magnificentiam singulorum pensare merita et iustis adesse postulacionibus subiectorum, tanto potius ad sacrosanctas ecclesias et loca piis deputata serviciis tenetur oculos reducere pietatis quanto ampliora numero divinis obsequiis ibi insistentes quiete ac pacifice desiderant purius Domino sub sancte religionis proposito militare. Eapropter universis nostris fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum cernentibus innotescat, quod venientes<sup>b</sup> ad curiam ceslitudinis nostre frater Guilelmus, venerabilis abbas, frater Iohannes et ceteri fratres monasterii sancte Marie de Ferrara, quod nuper situm est in tenimento castri nostri Vayrani, <Teanensis diocesis et Cisterciensis ordinis>, humiliter petierunt, quatenus divine retribucionis intuitu monasterium eorum in ius et patrocinium nostrum sucipere dignaremur et pro sue novitatis indigentia taliter ei provideremus, quod fratres ibi congregati possint Deo favente regulariter<sup>c</sup> vivere et pro nostra et omnium salute iugiter Deum exorare. Admissis iaque precibus eorum intra sacrarium exauditionis nostre considerantes religionem et honestatem ipsorum, qua Deo et hominibus placere noscuntur, dictum monasterium cum personis, possessionibus et omnibus tenementis suis ecclesiarum, granciarum et omnium rerum suarum in ius et patrocinium nostrum et protectionis ac defensionis nostre recepimus et tenemus et secundum rescripta<sup>2</sup> Eugenii magistri dohane baronum nostrorum, fidelis nostri, nobis transmissa nomina singulorum locorum que per

---

<sup>2</sup>Nicht erhalten.

diversas vices eidem monasterio contulimus in presenti privilegio ad francam evidentiam scribi mandavimus concedentes et confirmantes eidem monasterio et prefato venerabili abbati, successoribus et fratribus eius in perpetuum libere et absolute, quicquid in tenimento castri nostri Vayrani de nemoribus et terris cultis et incultis vel novalibus in montibus et planis nobis ex parte publica pertinuit in subscriptis locis, id est in ipsius valle Ferrarie et toris et torellis eiusdem et in adiacentibus limatis in termolibus in Monticello, in rivalibus in toro Augusti, in toro Sinduni, in toro Molendini et in Avellanetis in starcia Particelle ducentos<sup>d</sup> modios<sup>e</sup> terre<sup>f</sup> laboratorie, quam ibi concessimus in subscriptis locis, id est ad Cornelianum, ad Forestellam, ad Cipponicum, ad Pantanellum, ad sanctum Petrum de Lacu sancto, ad Palmenta et iardinum Galarani ad Sanctum Stephanum et iuxta rivum Ianuli veterem, insuper et in territorio castri nostri Presenciani<sup>3</sup> triginta modios terre inculte ac nemorose, quam eidem monasterio dedimus in Frassito iuxta viam publicam que dividit hanc terram a starcia de Corneliano. Confirmamus insuper ei possessiones omnes quas habent ex concambio quod fecerunt cum ecclesia Capuana in territorio prescripti castri nostri Vayrani tam de terris cultis vel incultis quam de terraticabus et demaniis existentibus<sup>g</sup> inter hos fines videlicet; inter prescriptum monticellum torum Augusti, rivales torum Sindoni, rivum Balanorum, rivum Ianuli veterem et rivum Petrursi. Propterea cum idem monasterium pro novitatis sue indigentia pluribus indigeat subsidiis preveniri ad promerendum a summo largitore optatam retributionem largius adhuc ei duximus providendum in subscriptis denique locis dedimus itaque ei libere et absolute in territorio Alifie<sup>4</sup> starciam de Cervaro cum molendino ibidem existenti, que est prope ipsam Alifiam et portam de Cervaro iuxta rivum Toranum et viam publicam et iuxta terram ecclesie Sancti Mercurii et Alifanorum civium in alio vero loco eiusdem Alifie, ubi dicitur "monumentum Vulparie". Iuxta viam publicam et iuxta terram civium ipsius Alifie per illos fines, quos pars publica possedissee ipsam dignoscitur, dedimus ei quandam petiam terre que solet dici "Vinee Dominice" cum omnibus accessionibus suis. In territorio autem Capue dedimus starciam Fontis Pontuni cum adiacenti sibi palude et cum omnibus accessionibus suis, que est posita prope Anglonam iuxta starciam et viam carrariam et inter terras ecclesie Sancti Salvatoris et ecclesiarum Sancte Marie de ipsa Anglona et Corialis. In territorio vero Theani<sup>5</sup> dedimus ei duas nostras starcias cum alanetis et cum omnibus accessionibus suis ab omni<sup>h</sup> exactione liberas quarum una dicitur starcia de Frassis et alia starcia de Pedemontis. In territorio autem Rocce Draconis loco ubi dicitur Baniale vel scelerata dedimus ei de

---

<sup>3</sup>Presenzano (CE) westlich Ferrara

<sup>4</sup>Alife (CE) östlich von Ferrara und nördlich des Volturno

<sup>5</sup>Teano (CE), Sitz des Bistums, dem Ferrara unterstand.

nemoribus nostris et de novalibus factis vel faciendis terras laboratorias annuatim sufficientes ad laborandum duobus pariclis bovum. In territorio siquidem Calvi<sup>6</sup> loco ubi dicitur starcia de Salice dedimus ei similiter terras sufficientes annuatim laborare ad duo paricla. In Prato vero Rotundo dedimus ei similiter terras sufficientes ad duo paricla. In territorio autem Averse<sup>7</sup> loco, ubi Picturata dicitur, dedimus ei terras laboratorias sufficientes ad quatuor paricla bovum, deputatis quatuor bubus per singula prescripta paricla una cum libero usu pascuorum, lignaminum<sup>i</sup> et piscacionum omnium tenimentorum prescriptarum terrarum et eis adiacentium et aliorum omnium quibus idem monasterium mansiones vel grancias habere contingerit. Confirmantes insuper ei omnes libertates et<sup>j</sup> immunitates, que a Romanis pontificibus vel abbadiis quibuscumque catholicis, potestatibus tam secularibus quam ecclesiasticis sibi vel ordini suo indulte esse noscuntur, de nostre autem celsitudinis<sup>k</sup> providencia statuimus, ut quilibet de regno nostro valeat libere offerre aut vendere eidem monasterio vel cum eo commutare possessiones illas, quas vel per se vel predecessores suos per triginta annos absque censu vel certo servicio libere ac pacifice tenuit, et idem monasterium eas libere ac pacifice perpetualiter possideat sine impedimento cuiuslibet iniuste prohibitionis vel conditionis nec teneatur aliquis deserens possessiones quaslibet servilis condicionis cum suis immobilibus rebus offerre se Deo in eodem monasterio, set libere et absolutus ibidem permaneat. Libertas quidem monasterii ab iniustis prohibitionibus non impediatur. Volumus itaque ac mandamus, ut fratres et homines ipsius tam in animalibus quam in ceteris rebus suis ab omni servili condicione sint liberi et immunes, et tam ab adiutoriis<sup>l</sup> et publicis collectis vel bannis quam ab herbatico, passagio, viatico, plateatico, falangatico, dohanatico tam salis quam aliarum rerum sint absoluti nec de personis, possessionibus vel aliis rebus eiusdem monasterii seculari subiaceant iudicio nec contra statuta ordinis sui ab aliquo iurare compellantur. Victualia et alias res suas, cum voluerint, ad mensuram suam et cui voluerint et distribuunt. Iudices et notarios, quos voluerint, in suis agendis habeant. Infra secta monasterii vel granciarum suarum omnem temerariam<sup>m</sup> violentiam, iniuriam vel contumeliam fieri penitus prohibemus nec prope ipsum monasterium aut<sup>n</sup> grancias vel mansiones eius aliquis noviter faciat mansiones vel quaslibet artes, unde eisdem fratribus dampnum vel scandalum oriri valeat. Volentes itaque idem monasterium in sui iuris libertate conservare constituimus atque precipimus ut, si aliquando fratres aut rectores eius per impressionem seu pusillanimitatem aliqua pacta vel promissiones in preiudicium libertatis et utilitatis ipsius fecerint cum aliquibus personis, huiusmodi<sup>o</sup> pacta et promissiones inanescant et stabilitatem non habeant. Liceat siquidem fratribus et

---

<sup>6</sup>Calvi (BN)

<sup>7</sup>Aversa (CE)

hominibus eiusdem monasterii ad constituendas grangias et mansiones suas vias mutare et aliunde reddere<sup>p</sup>, aquarum ductus facere, molendina fulloria, bactinteria et alia quelibet ordini sui congruencia sine alicuius contradictione facere absque alieno tamen dampno vel impedimento. Confirmamus propterea eidem monasterio possessiones et omnia bona, que a comitibus, baronibus, militibus et ab omnibus aliis regni fidelibus hactenus collata sunt aut de cetero iusto adquisicionis titulo conferuntur prohibentes, ne aliquis id quod eidem dederit, sine ratione ab eodem auferat nec bona monasterii vel hominum eius violenter dirripiat neque fratres vel eius homines iniuriis et contumeliis conturbet. Si quis autem rescriptis nostris institutionibus temere oviare presumpserit et quod offenderit digne ac iuste emendare contempserit, iram nostre indignationis incurrat et pro modo culpe transgressionis sue eius bona publicari precipimus, donec eisdem fratribus digne satisfecisse cognoscatur. Ad prescriptarum autem omnium nostrarum largitionum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Mathei, nostri notarii, scribi et nostri sigilli impressione iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi per manus Gualterii, venerabilis Panormitani archiepiscopi, Mathei, regii vicecancellarii, Guilelmi, venerabilis archiepiscopi Montis Regalis, et Bartholomei, venerabilis Agrigenti episcopi, domini regis familiarium, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> centesimo octogesimo nono, mense Octobris, octave indictionis, regni vero domini Guillelmi, Dei gratia magnifici regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno vicesimo IIII<sup>o</sup>.

---

<sup>a</sup>Villelmus *Gau*

<sup>b</sup>mittentes *Gau*

<sup>c</sup>regulatiter *Gau*

<sup>d</sup>ducentis *Gau*

<sup>e</sup>modus *Gau*

<sup>f</sup>Terra *Gau*

<sup>g</sup>esistentibus *Gau*

<sup>h</sup>omnibus *Gau*

<sup>i</sup>lingnaminum *Gau*

<sup>j</sup>fehlt *Gau*

<sup>k</sup>certitudinis *Gau*

<sup>l</sup>aiutoriis *Gau*

<sup>m</sup>Themerariam *Gau*

<sup>n</sup>ant *Gau*

<sup>o</sup>huius modi *Gau*

<sup>p</sup>redere *Gau*